



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Brigitta V. 1. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

etiam : sed vae tibi si ita tecum est ; Imo vae tibi, si ita tecum non est ; illi namq[ue] irascitur Deus, quem peccantem non flagellat : nam quem flagellando non emendat, in futuro damnat. S. Bern. in medit. c. 6.

S. BRIGITTA. V. 2. Februarij.

VNum sed maximum miraculum BRIGITTA tota vita fuit. Omnia cum in miserios erogaret, nihil tamen ex omnibus desiderabat. Sed neque post furta quidquam decedere visum est degrege, quam pascebat ; imo huic aper ferus accedere, & innoxius inter armenta agere. Vulpes quoque feritatem ponere jussa, ut eandem Rex poncebat, qui homini, quod aulae delicias vulpem alteram imprudens occidisset, necem parabat. Iam aqua in cervisiam, lapis in salem versa, pauperum subsidio. Porro oculos procorum ut virgo effugeret, id lacrymis a Deo impetravit, ut oculi secundum effluerent. Sed sic Christi oculis illa placuit, in cujus manum cum inter velatas virginis conveniret ad Aram Ara, quod florem BRIGITTA laudaret, frondere visa, oculisque decor suus redire. Sed & aliis oculos restituit. Ex his virginis ita volenti cæcitatem denuo exoravit ; cum supplicium haec crederet non videnda videre, diceretque tunc etiam cum videret, nihil se in toto orbe vidisse. Felicius linguam aliis solvit. Ita mutam ad eum diem usque virgunculam manu molliter prehensam tam diu rogavit, num Christo nubere veller, dum velle se respondit, rectissime primum linguam sua. Cum deinde femina infamis infantem edidisset, parentem Episcopum Broonem mentita ; linguam crucis signaque BRIGITTA signaram in patrocinium ipse.

ipse infans solvit, & contra matrem testimonium dixit. Tacebimus igitur nos. BRIGITTA rectius hic infans laudabit. Ex Sur. & Lippelso.

Ira vincitur lenitate; mansuetudine extinguitur furor; malitia bonitate palpatur; crudelitas pietate prosternitur; impatentia patientiam punitur; contentio superatur injuriis; superbiam humilitas sternit: que ergo vult vitia vincere, pietatis armata teneat, non furoris. S. Pet. Chrysol. serm. 38.

PURIFICATIO B.M.V. 2 Februarij

Ibat dies à partu VIRGINEO quadragesimus, primus quo terra dignum aliquando cælo donum offerret. Gestabat hoc præ pectore Virgo nuper, nunc geminâ felicitate Mater Virgo: latus Iosephus cludebat, virgo virginis virginem gestantis comes. Gerebat illa munus in sinu, iste in oculis; arridebat euntibus cælum; & spectatores cives suos plenis agminibus effuderat; exiliebat lætitia tellus, & ad singula pedum vestigia singula fundere lilia gestiebat: cum interim jam Hierosolymam, jam templum pompa ingreditur, & obvius adest felix ille longâ ætate senex, felicior aspectu Servatoris futurus, felicissimè in vita amplexu vitam positurus. Ergo in genua procumbit Virgo purissima, donumque cælo dicat, quo nec terra dare, nec cælum expetere majus poterat. Quid hîc dicam? parce nimium Mater prodiga. Poteras charum Pignus à pectore avellere? poteras alienis manibus unicum Filium concedere? & talem Filium? & tu, o Puer IESU suavissime, poteras abire sinu tam dulci? poteras aliis ulnis quam Matris in ulnis delitescere? Ita nunc parentes avaria, qui Deo negas-